



Cui magis fratrum non charissimus fuit? Post ubi pueritium & studiorum cursum hic apud nos complevit: missus est & Heidelbergam, inde Geneviam. ibi linguis sacrisq; litteris intentus ne vidit quidem vuentis mundi contagia. Cum redisset coelestis doct. Frima divitiis instructus: vocatus est ad docendum. Edidit specimen scientiae et virtutis, declaravit fidem suam confessione, et recte factis. Talibus & studiis intentum, in his desudantem mors subduxit. Moriatur anima mea morte ius forum. Proluxiore me fecit spectati adolescentis jucundissima recordatio. Vale. Parentes saluta cum amicis omnib.  
 die quo <sup>†</sup> sunt infantes. 1. 5. 7. 4. Brema.

Molanus.

Nr. 240 ) [Schröder, fukud]

Pax Christi.

[= Mscr. 2. 12 = Nr. 226]

Geraudo  
 Schröder  
 Disputatio  
 Rostorffij

Quam tu merito deploras rerum Academiae istius perturbacionem studiosè adolescens: eandem sera posteritas iustissimis querimonijs persequetur. sed hæc est fati cuiusdam inderlinata neceptas, quam sanè mirari quis possit laudatissimis Apologis nuper cum multa de insolita quadã stella, non temerè diuinare: in mentem non venisse. nec enim vel scholæ istius convulsio. vel doctissimorum hominum ruina, si fas est hoc verbo tui, leuionibus in malis haberi debent: quam famem, quam pestem, quam bella, et vastationes gentium, quæ talibus portentis significari non temerè creduntur. Deimang est, quæ facit hæc omnia. Ipse est qui Scholarum greges benignè colligit, eosq; deinde iratus flagitijs dissipat ac dispergit. Nostrum illud in Psalmo. Quare dissipasti sepem eius? ut ab omnibus carperetur prætereuntibus. Frustra crudelem vocamus Principem, perfidiosum Flaccum, imperiosas Heroinas: at æµαρτίαῖς ἡµῶν, ἀπένευσαν τὰ ἀγαθὰ ἅφ' ἡµῶν. Tibi interea gratulor, quod hæc damna esse intelligas, quæ in magno lucro a plerisq; numerantur. Euanquam illud non gaudeo quod in hunc deformem Academia nuper florentissima statum infeliter incidisti. Vellem Heidelbergæ eses, aut apud Bezam: Sedgarram nactus, hanc orna. Habes iphic Joannem Burenium, quem fama est in Theologiae studio laudabiles progressus fecisse. Ad istum quod potes te adiungito, non solum ut eandem viam meas: sed multò magis, ut duobus simul euntibus veriusq; contentio, alterius consilio iuuetur, et augeatur exemplo. Nam ad me quod attinet, fortasse pueritium studiorum non aspernandus moderator semper fui: In actionib; autem disciplinis, quem cursum nostri teneant, quando iam inter eximios, omnis doctrinae principes versantur, non admodum soleo laborare. In siluam quis ligna? Equidem dicendi artibus impeditus, Theologiae non nisi animæ causa operam inquam dedi: vos qui huic omnino destinati studio deditisq; epis, operosius hanc telam exordiri, et pertereere debitis, quam ego cogitare posim. Suadere tamen non dubitem quia mea sententiæ particeps esse voluisti. Etiam nunc tibi in Dialecticis et Rhetoricis studiis aliquid opere diligentiaq; ponendum, non modo propter controuersias quæ frequentes sunt inter Theologos: sed quia exactam harum artium cognitionem tum lectionis intelligentia, tum etiam recta et perspicua scripturae interpretatio requirit. Apostolus Episcopum vult esse διδασκτικὸν θεῶν ὁρθοτοπεῖν τὸν λόγον. Tibi cum ipso ingenio, tam benè iactis fundamentis, tantus usus Græcæ linguæ comparandus, ut Græcos Theologos tam pronum sit intelligendo consequi quam Latinos. Ebraea quoq; lingua degustanda est, cuius saltem mediocrem cognitionem qui non sit assequutus, is in huius ætatis Theologia suum nomen profiteri non potest. His omnibus peragendis, si modò res fert, da biennium, sic ut in scripturis sacris nihil fere legas præter nouum testamentum, donec linguarum artium quas dixi, scientiam mediocrem comparaueris. Illius Germanam scientiam ut penitus intelligas, adhibe non operosos commentarios, neq; proluxa doctentium dictata: sed illam ipsam lucem artium quantum naturalem usum partim Petrus Ramus te docuit, partim ipse in Theodori Beza, in epistolas Canonicas, anno: taciunculis obseruari. Noui testamenti solidam intelligentiam adeptus, præcipuas Pauli Apost. dissertationes ad verbum ediscet. Hæc sunt quasi diuini juris institutiones, quibus instructus totum sacrarum litterarum corpus deinceps complecti facilius poteris, et quoquo te vertas, velut in clarissima luce versari. Hæc ardua molienti, o fauo quoque die Theologicum aliquod thema non tam protixè: quam ad amussim, stylo persequi pro Laxamento erit.